



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Cap. VIII. De Admonitore Generalis.

---


[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

cam spectat, & excepta recreationis causa, ut dictum est, ad alia quævis negotia, non ad Procuratorem pertinentia, si ipsis ex- eundum erit, non nisi de Vice-Præpositi licentia facient. r

r R. Proc.  
Gen. 3.

C A P U T VIII.

De Admonitore Generalis.

1.  Xpositum superius est exer- cendam Providentiam Socie- tatis erga Generalem, etiam in iis, quæ spectant ad ipsius animam; constituendumque propterea vi- rum, qui hoc munus exerceat: ut si ani- madverteret Præpositum in his, quæ ad Personam, vel Officium suum pertinent, minus benè agere, eum admoneret; unde & Admonitor dictus est. a Is autem de- bet esse Professus quatuor Votorum, homo religiosus moribus, Deo in oratione fami- liaris, provecta jam ætate, iudicio maturo, in Instituto bene versatus, minimè credu- lus, aut timidus, nec futurus Generali in- gratus, nec assentator; quem non repug- nat esse unum ex Assistentibus. b

Ejus munus, con- dotes.

a P. 9. C. 4 §. 4.

b C. 1. D. 81. &  
C. 2. D. 22. &  
C. 4. D. 15. &  
For. Con. Gen.  
§. 86.

2. Eligendus est autem à Societate ipsa ad plura medietate suffragia, præmissa de

Ejusdem jura,

eo informatione, vel in Congregatione Generali, vel in casu diuturnæ absentia, aut mortis, extra eam; ut proximè dictum est de Assistentibus: subrogatio autem alterius, ad brevem sic electi absentiam, potest fieri à Generali. Ad ejus electionem in

*e* P. 9. c. 4. §. 4. Congregatione advocandi sunt Procurator Generalis, Secretarius Societatis, & Procuratores Provinciarum, qui adsunt. *e* Durat autem ejus Officium usque ad novi Generalis electionem. *d* Nam Generali vita functo, est Admonitor ejus Vicarii, quod si ipsemet fuerit Vicarius; eligendus est novus Admonitor à Vicario, consilio, & suffragiis Assistentium. *e* Ejus literæ à nullo Superiore, præter Generalem, referendæ sunt. *f*

*Obligaciones, &* 3. In exercendo autem officio suo tria potissimum advertere debet: 1. Motiva admonitionis: 2. Admonitionis modum: 3. Eam subsequencia. Quæ omnia complectuntur ejus Regulæ approbatæ Decr. 43. Con. 4.

Circa primum. Quamvis non teneatur admonere Generalem de his, quæ illi proponenda duo, ut minimum, Assistentes non judicaverint: tamen eorum etiam, quæ à singulis Assistentium ei proposita fuerint præcipuam habeat rationem. De iis verò, quæ

*1. quando admonere debet.*

quæ sive ipsi in mentem venerint, sive ab aliis suggerentur, tum demum Generalem admonebit; cum, præmissa oratione, ea non levis esse momenti in Domino judicaverit; sive illa ad Personam, sive ad Officium Præpositi pertineant. *g*

4. Circa secundum. Ea modestia, & humilitate officium suum obeat, ut subditum decet erga Superiorem totius Societatis; nec minuere quidquam propterea debet interioris, aut exterioris reverentiæ, & obedienciæ, nec rursus necessariæ libertati quidquam detrudere. *h*

5. Circa tertium. Tacitus apud se contineat, quæ suggessit, Assistentibus tamen rationem impositæ ab ipsis admonitionis reddet; ceteris satis erit significare se proposuisse: & universè caveat, ne occasione sui officii apud alios auctoritatem Generalis imminuat. Qui si admonitione non profecerit, ipsius erit iterum, ac sæpius admonere. *i*

*g* P. 9. C. 4. §. 4.  
& C. 1. D. 82.  
& R. Admon.  
1. & 4.

*Quomodo præstanda admonitio.*

*h* P. 9. C. 4. §. 4.  
& R. Admon.  
2. 3.

*Quid agendum post Admonitionem.*

*i* R. Admon.  
5. 6. 7.

